

pietas, et christianæ charitatis officia, quæ exerceri debent commendatæ essent. Ural. Er. Confr. die 3 Dec. 1789.

(28. Irrita sunt societatis comitia in quibus suffragium tulerunt sodales inhabiles. Sed contrarium verius: Cerv. die 17 Apr. 1790, § 5.

His de jure communi plures interesse valent consanguinei. Ibid. § 6.

Contrarium statuit Congregatio deputata anno 1699, ab Innocentio XII, pro reformatione locorum piorum Urbis, quæ ob identitatem rationis ad extra extendentur sodalitia. Ibid. § 9.

Atque ex ipso jure communi limitatur præmissa regula, ubi aliquod eligendis officialibus obventurum erit lucrum. Ibid.

Qui paria habuerunt suffragia eligi debent per sortitionem. Ibid. § 6.

In Officiis continuare nequeunt Officiales societatis absque licentia Episcopi, vel ejus Vicarii Generalis. Ibid. § 10.

Dum in eorum tamen sunt possessione gerere valent, quæ ad illam pertinent. Ibid. § 7.

(29. Officiales Societatis post expiratum illorum officium, haud legitime continuare possunt in eo, absque licentia Episcopi, vel ejus Vicarii non foranei sed generalis. Cerv. die 17 April. 1790. § 10.

(30. Sodalitia inducta sunt ad exercenda opera pietatis ac religionis. Phar. Un. die 23 Junii 1791. § 2.

Sodales uti singuli nullum jus habent ad bona dissolutæ societatis. Ibid. § 2.

Et ea bona devolvuntur ad Ecclesiam Parochialem, in qua societas erecta erat. Ibid.

(31. Certior fieri debet Episcopus de extraordinariis dumtaxat Societatum Congregationibus. Call. Subs. Dot. 28 Novem. 1793, § 38.

(32. Electionem Conservatorum Sodalitii S. Mariæ Misericordiæ Callii, quod Hospitale habet annexum, ad tollendos abusos, faciendam esse ab universis Sodalibus juxta votum Cardinalis Visitoris, non a solis Nobilibus, declaratum est a S. C., licet, ut ait Episcopus, longo tempore in consuetudinem jam venisset, ut illi administratores ab equestri illius urbis ordine seligantur: Callien. Subs. Dot. Die 28 Novem. 1793, dub. 4.

(33. Sodalitium S. Mariæ Misericordiæ Callii non est supprimendum, sed opportunis Visitorum legibus ad pristinam observantiam restituendum. Nam utilia ejusdem pia, et tot præclara instituta erant vitio tempore delapsa et corrupta: Callien. Subs. Dot. die 28 Novem. 1793, d. 5.

(34. Confraternitates exponere in eorum Ecclesiis SS. Sacramentum non valeant absque licentia Episcopi. Spol. Func. Eccl. die 20 Feb. 1796, § 4 et 8.

Neque etiam aggregatæ Archiconfraternitatibus Urbis. Ibid. § 6.

Confraternitatibus porro aggregatis communicantur dumtaxat privilegia spiritualia, et indulgentiæ, nempe indulta et gratiæ spirituales. Ibid. § 5.

Archiconfraternitas ipsa Mortis Urbis non

communicat facultatem exponendi SS. Sacramentum absque licentia Episcopi. Ibid. § 9.

In una enim Ecclesia Parochiali retineri, atque exponi valet; in aliis vero ex privilegio Sedis Apostolicæ vel Ordinarii. Ibid. § 7.

In subditis Ecclesiis Confraternitatum explere valet Parochus functiones parochiales, et non parochiales, exceptis earum propriis. Ibid. § 9.

(35. Comitibus æconomicis Confraternitatum se immiscere nequit Episcopus. Ascul. Brep. die 9 Julii 1796.

Et si eis assistere velit, ferre nequit suffragium. Ibid.

(36. Ecclesia cessa Confraternitati ab ea manuteneri debet. Asc. Brep. die 9 Jul. 1796, § 6.

Et Chirographum Pontificium cessionis accurate exequendum est. Ibid. § 10.

(37. Sodales reddere non debent deputatis sodalitii rationes administrationis, quam reddere quotannis tenentur Ordinario, ne bis eas reddant. Ascul. Brep. die 9 Julii 1796, § 7.

Eis vero non deputatis reddere rationes debet ipsorum minister.

Licet omnia sodales subjacere debeant Ordinario. Ibid.

Ad Officiales sodalitii spectat Ministrorum electio. Ibid. § 8.

(38. Licet sodalitium auctoritate ordinaria erectum sit, alienare nequit bona stabilia absque Beneplacito Apostolico. Nullius Nonn. subs. Dot. die 6 Mar. 1797, § 5.

Libere tamen disponere potest de illorum redditibus in pios usus, annuente præsertim Episcopo. Ibid.

Et insuper potest secum abducere omnia, quæ sua sunt. Ibid. § 6.

Absque eo quod teneantur servare pacta manutenedi Ecclesiam desacra suppellectili, atque alia eidem tribuendi, quia pacta hæc adjecta censentur correlative, et quamdiu Confratres in eadem Ecclesia perseverent. Ibid.

Idque ex indole correlative obligationis, quæ operatur, uno deficiente extremo, alterum quoque cesset. Ibid.

(39. Suppressio Sodalitii S. Monicæ, erecti in demolienda Ecclesia S. Augustini, nuncupati *della Voltre*, in territorio Vallis Nucis permittitur, ac illius redditus uniendos esse aliis Sodalitiis erectis in Ecclesia Parochiali cum eisdem honoribus et oneribus, statuitur; nam nullus eidem adscriptus est Sodalibus. Bricinorien. 24 Novem. 1792, dub. 2. Confr. die 17 Junii 1797.

(40. Translationem Sodalitii *dei Sacconi* Civitatis Cornetanæ a propria Ecclesia S. Mariæ *del Mare*, quæ ruinosa erat, ad Parochialem Ecclesiam S. Antonii probavit Sacra Congregatio juxta Capitula inter Sodales et Parochum conventa, et ab Em. et Rev. Castilioneo Relatore reformata. In Cornetanæ translationis et Unionis die 14 Junii 1806.

(41. Concordiam inter Sodalitium et Colle-

giatam Oppidi Rapagnani initam, in qua Sodalitium omnia sua bona Collegiatæ cessit, hæc vero omnia onera Sodalitii implenda suscepit, et Canonem annuum scutorum septuaginta rependere spondit, Sacra Congregatio probavit, juxta votum Em. et Rev. Cardinalis Litta, qui concordiam expendit. In Firmana Concordiæ die 20 Dec. 1806.

(42. Concordiam inter Sodalitium Pistorum Italarum erectum in Ecclesia S. Mariæ Lauretanæ Urbis, et Xenodochium ad Sancta Sanctorum, in qua pro restitutione bonorum Sodalitii Xenodochio applicatorum a Gubernio Republicano conventa fuit annua pensio scutor. 150, a Sodalitii Deputatis Xenodochio solvenda, rescindendam esse decrevit Sacra Congregatio, tum ob reddituum Sodalitii notabilem diminutionem, tum quia proprium habebat Hospitale pro Pistoribus Italis, quod claudere opus fuisset, si ea pensio persolvi debuisset Xenodochio ad Sancta Sanctorum. In Romana Rescissionis Concordiæ die 26 Apr. 1815.

(43. Cum e contra eadem causa non adesset, similem Concordiam initam inter Archiconfraternitatem SS. Rosarii, et idem Hospitale ad Sancta Sanctorum servandam esse voluit. In Romana Rescissionis Concordiæ die 26 Aprilis 1815, ad 1. dub.

(44. Attentis peculiaribus circumstantiis, consulendum esse SS. censuit S. Congregatio pro approbatione, et quatenus opus esset, pro nova concessione privilegii Confraternitatis Mortis erectæ in Januensi Civitate celebrandi quatuor Missas qualibet Feria V majoris hebdomadæ: itemque pro approbatione alterius privilegii, ut omnes confratres in Oratorio Confraternitatis S. Eucharistiam eadem die sumentes adimplerent præcepto Paschali, injuncto tamen onere a Capellano majori transmittendi respectivis Parochis notulam Confratrum, qui in præfato Oratorio Eucharistiæ Mensæ accessissent. In Januensi. Privilegii 15 Apr. 1820.

(45. Esse locum remotioni ab Ecclesia Parochiali Lucensi S. Michaelis in Foro, et restitutioni nedum Simulacri SS. Crucifixi *de' Bianchi* nuncupati, depositi tantum titulo illius Ecclesiæ administratoribus concessi ab Archiepiscopo, in suppressione a laica potestate facta Sodalitii vulgo *de' Bianchi*, sed præterea huic Sodalitio esse restituendum Altare, ac cætera ornamenta eidem Simulacro addicta, quæ administratores S. Michaelis a laica potestate deinceps obtinuerant, declaravit Sacra Congregatio. In Lucana remotionis, et restitutionis Altaris 15 Julii 1820, ad 1. dub.

Et hanc remotionem esse faciendam sumptibus Sodalitii *de' Bianchi*; subrogationem vero alterius Altaris in præfata Parochiali Ecclesia S. Michaelis sumptibus operis pii, seu administratorum ejusdem Ecclesiæ S. Michaelis judicavit eadem S. Congregatio. Ibid. ad 2. dub.

(46. Standum esse in decisis statuit Sacra Congregatio, ideoque esse locum remotioni Altaris, et Simulacri SS. Crucifixi, cætero-

rumque ornamentorum ab Ecclesia Parochiali Lucensi S. Michaelis in foro, favore sodalitii vulgo *de' Bianchi*. In Lucana Remotionis et Restitutionis Altaris die 24 Nov. 1821, ad 1. dub.

Confirmavit quoque alteram resolutionem, qua cautum fuit, ut hæc remotio fieret sumptibus Sodalitii *de' Bianchi*, subrogatio vero alterius Altaris sumptibus Operis pii S. Michaelis, et rem ad R. P. D. Secretarium cum Sanctissimo juxta mentem remisit. Ibid. ad 2. dub.

(47. Ob donatum sibi Aggregationis Diploma Urban. Archiconfraternit. Mortis, jus sibi vindicantibus ad statutas quasdam Sacrorum functiones peragendas sine dependentia ab Episcopo, Sodalibus a S. Rocho nuncupatis in Oppido Lepanti Dioceseos Narzansensis E. Patres resisterunt in omnibus. In Lunen. Sarzanen. Confraternitatis. die 2 Mart. 1833, ad 1. dub.

Proindeque prohibitionem Episcopi, qua processiones in primis Dominicis diebus cunctisque mensis cum Sacramento extra ambitum Oratorii, et functiones Feriæ V, in Cæna Domini vetabantur, probandam esse dixerunt. In eadem ad 2. dub.

S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM DECRETA.

(1. Sodales Confraternitatis B. M. Virginis de Mercede in Oppido auri Preti anno 1767, potestate facta a Generali illius Religionis, ad Ordinem primarium aggregati sunt. Anno vero 1780, ab Ordinario illius oppidi facultatem obtinuerunt utendi habitu cum cinctura et scapulari, nec non professionis emittendæ ad instar Fratrum Tertii Ordinis juxta ipsius Religionis constitutiones. In via perfectionis progredi cupientes, anno 1844, a Sanctissimo D. N. Gregorio f. m. suppliciter expostulaverunt, ut eorum Confraternitas in Tertium Ordinem proprie ac vere erigeretur, et statuta, quæ ad hanc rem apposite condita fuerant, et Sanctitati suæ exhibita, apostolica approbatione confirmarentur.

S. C. Episcoporum et Regularium, ad quam postulationis libellus remissus fuerat, relationem et votum P. Vicarii Generalis Religiosorum a Mercede audire voluit. Sollicitus ille fuit Sacram Congregationem docere, et propitiam petitioni sententiam expromere. Post hæc positio omnis P. Consultori transmissa fuit, qui rem expenderet.

Hic negotium pro faciliore expeditione ad quatuor dubia coercuit, nempe:

« 1. Se e come convenga di erigere la Confraternita di Auro Preto in terzo Ordine della Mercede nel caso.

« 2. Se e quali facoltà si abbiano a concedere al Vescovo ed al Parroco di Auro Preto.

« 3. Se ed in qual modo si debbano approvare gli statuti della detta Confraternita nel caso.

« 4. Se e quali correzioni e modificazioni meritino i riferiti statuti nel caso. »

Quod pertinet ad primum, Sanctam Sedem pro bono Ecclesiæ facilem sese præbere posse

petitioni. Quoad vero secundum, postquam ex Relatione P. Vicarii Generalis exscripsit quinque articulos ex Constitutionibus Ordinis desumptos Distinction. 4, cap. 1, ubi agitur de Tertiariorum susceptione ac regimine, sic aiebat: « Qualora piacesse alla S. Sede di concedere la grazia, sarei di sottomesso parere, che i detti cinque articoli ci fossero inseriti *ad litteram* prima o dopo la clausola generale: *servatis de jure servandis*: Ma considerato le locali circostanze di Auro Preto, dove non esiste Convento dell'Ordine della Mercede, e trovandosi detta Città molto lontana dalla Residenza del Generale dell'Ordine suddetto, inerendo al Voto del Vicario Generale, sarebbe opportuno, finchè non si fondi un convento dell'Ordine in Auro Preto, che questa S. Sede accordasse al Vescovo di Marianna tutte le facoltà che i Generali e Provinciali della Mercede godono sopra i Terziari: e con più ragione concedesse al Paroco di Auro Preto l'autorità e tutte le attribuzioni che i Superiori locali di detto Ordine hanno per diritto o per legittima consuetudine sugli aggregati al loro terz' Ordine. Vippiù si troverà necessario di munire di opportune facoltà il Vescovo Diocesano, qualora si rifletta, che si può con qualche fondamento sospettare trovarsi degli abusi nello stato attuale della Confraternita, nel rapporto al privilegio ottenuto dal Vescovo Diocesano nel 1780, di potere ammettere alla professione i Confratelli come Terziari della Mercede. A molte cose potrebbe porre rimedio il Vescovo, se oltre alle facoltà che competono al Generale dell'Ordine, fosse anche rivestito di Delegazione Apostolica, limitata al solo oggetto di rimediare agli abusi e di sanare le irregolarità occorse sin qui, qualora faccia di bisogno. »

Circa tertium et quartum dubium, plures animadversiones in rebus particularibus proponebat, quas hic referre nihil esset.

Itaque consultatione proposita cum alatis dubiis in Congregatione Generali diei 22 Novembris 1844, cum titulo: *Marianen. Super erectione*, etc. E. Patres rescripserunt: Ad 1 et 2, *Affirmative* juxta votum Consultoris. Ad 3, *provisum in 4*. Ad 4, *Communcentur animadversiones* Episcopo pro sua norma, quin tamen statuta censeantur approbata: Et SS. approbavit Resolutionem S. C.

S. CONGREGATIONIS INDULGENTIARUM DECRETA.

(1. Quæcumque Sodalitas, seu Confraternitas, quæ canonice erecta, ex Apostolico Indulto, assuetis gaudet Indulgentiis et Privilegiis, si neque a Jure, scilicet ab Ecclesiastica auctoritate, neque a facto, nempe ex Sodalium defectu, solvatur, numquam spiritalia gratias impertitas amittit, die 24 Julii 1833.

(2. Virtute plurium indultorum Episcopo Constantiensi benigne concessorum potest dictus Episcopus plures Confraternitates erigere, quasque Sanctitas S. applicaret Indulgentias, eisdem applicare, sive per se, sive per suos Parochos. At non potest unum

ex suis Vicariis Generalibus committere, ut Parochos deleget ad dictas Confraternitates in suis Ecclesiis erigendas: delegatum enim non posse subdelegare est regula juris, dummodo aliter non constet ex concessione. Vicarius autem Generalis vi delegationis suæ ab Episcopo suo potest erectionis 100. Viæ Crucis, siye aliarum Indulgentiarum et Confraternitatum Diplomati subscribere, loco ipsius Episcopi qui delegavit; et in casu quod erectio facta sit per Vicarium Generalem, ad hoc specialiter subdelegatum ab Ordinario, cui jam sit tributa facultas subdelegandi, die 19 Dec. 1836.

(3. Nihil obstat ut Confraternitates elemosynas colligant juxta legem totam Diocesis afficientem ab Ordinario præscriptam, erogandas in Ecclesiæ, seu Oratorii reparationem, atque ornatum, vel alios pios usus de consensu ejusdem Ordinarii, juxta Clementis VIII. Constitutionem § VIII, proindeque Sodalitatum associationem validæ, privilegia ac Indulgentiæ adnexæ minime extinctæ die 11 Jun. 1838.

(4. Inter Chartas, quæ in Ecclesia S. Waldetrudis Diocesis Tornacensis asservantur, inveniuntur Bulla et Decreta Episcopalia quibus conceditur facultas erigendi Confraternitatem dictæ S. Waldetrudis; sed cum dubitatur an præfata Confraternitas unquam erecta sit, vel non defectu Confratrum desierit existere, cumque vi et tenore Bullarum Confraternitas in perpetuum erigenda esset, quæsitum fuit; an novæ erectionis canonicæ opus sit ad instaurandam hanc Confraternitatem; vel, si nondum erecta fuit, Bullis et Decretis prædictis uti nunc adhuc liceat. S. Congr. respondit: Non indigere nova canonica erectione pro Sodalitate instauranda S. Waldetrudis, ac si etiam ob defectum Confratrum ipsa desierit, tamen Indulgentiæ ac Privilegia in enunciata Bulla contenta, minime amissa sunt, proindeque vigere. die 28 Januarii 1839.

(5. Non essendos mai conformati in Francia, come anche nella Diocesi di Valenza, al modo prescritto da Alessandro VIII, nella sua Bolla riferita dal Ferrari per l'erezione delle Confraternite; si domanda: se queste Confraternite sono validamente erette, essendos da Roma chiesto un Indulto in conformità del quale si è agito. Il processo Verbale d'ogni erezione è stato fatto in ogni Parrocchia, e segnato dal Vicario Gen. Capitolare. Sac. Congr. respondit: *Affirmative* quoad validitatem, extante jam S. Sedis Indulto derogatorio Bullæ Clem. VII, die 5. Febr. 1841, ad dub. 3.

Dimandata la S. Congregazione: se è lecito per il gran numero dei concorrenti nel dare il Santo Scapolare recitare in plurale la piccola formola *Accipe, vir devote*, ec. rispose: *Affirmative* juxta præpositam Rubricam in precibus benedictionis S. Scapularis. Ibid. 7 Februar. 1841, ad dub. 4.

(6. Interrogata la Congregazione: Se i Confratelli della Buona Morte debbano per opera ingiunta eleggere una o più delle regole della Compagnia, descritte nel libretto,

che a per titolo: *Orazioni e preci.... per impetrar buona morte, coll'aggiunta del metodo ecc*: o possano scegliere alcun'altra opera pia *ad arbitrio*, rispose: *Affirmative* quoad primam partem, quatenus ita a Statutis, seu Regulis Sodalitatis præscriptum sit: *Negative* quoad secundam. 6 Mart. 1840, ad 1 dub.

Chiedendosi ancora: Se tralasciando di fare l'opera che hanno eletta, i Confratelli restino privi non solo del merito delle buone opere di quella specie, che si fanno dagli altri Confratelli, ma anche delle Indulgenze, la S. Congregazione in risposta dichiarò: che sì, *usque dum electa opera non adimpleantur* Ibid. 2, dub.

Parimente se sia assolutamente necessario l'eleggere di fare alcuna opera pia per essere ammesso alla Compagnia? rispose: « *Affirmative* et juxta Regulas de sodalium Receptione. » Ibid. 3, dub.

La Compagnia della buona Morte oltre le Indulgenze registrate nel Sommario della Congregazione Prima Primaria, gode anche i Privilegi nel medesimo registrati, *nisi ab alia contraria dispositione prohibeatur*. Ibid. 4 dub.

Allorchè nel Sommario della stessa Congregazione Prima Primaria si legge: *Indulgentias consequi poterunt ubivis locorum commorantur, si apud Ecclesiam eorumdem locorum, aut alibi ut poterunt, opera præstabant quæ sunt servanda*: non s'intende solo della Chiesa principale del luogo. Verba enim, aggiunge la Sac. Congregazione, *clare aut alibi, ut poterunt, clare apertèque demonstrant, non in primariis tantum Ecclesiis, verum in cæteris aliis, in quibus « opera præstabant, quæ sunt servanda. »* Ibid. 5, dub.

(7. Interrogata ancora la Congregazione: Se coll'accompagnare al Sepolcro i Cadaveri dei Defonti, col visitare gl'infermi e carcerati, pregare per gl'infermi e per i morti, e per altre opere pie si possono lucrare otto anni d'indulgenza, essendo che nel Catalogo della buona Morte se ne concede per tali opere un anno, e in quello della Compagnia Prima Primaria, l'indulgenza della quale sono estese a quella della Buona Morte, se ne concedono sette; rispose: « *Affirmative*, quatenus vera existat utraque concessio, atque authenticum dignoscatur Primæ Primariæ Sodalitatis Summarium, » Ibid. 6, dub.

(8. I Confratelli impediti ragionevolmente dal ricevere i Sacramenti e dal fare la visita alla Chiesa, possono lucrare le Indulgenze con un'opera ingiunta loro dal Confessore, se nelle Concessioni delle Indulgenze della Confraternita si è espressa questa facoltà. Ibid. dub. 7.

(9. L'opera quotidiana ingiunta del *Pater, Ave* e *Credo* e dell'Aspirazione *Dolce Cuor* etc. ai Confratelli del S. Cuore è necessaria solo per lucrare le Indulgenze dei primi sette articoli del Sommario. 6. Marz. 1840. dub. 1. Sodalit. SS. Cordis Jesu et S. Aloysii.

(10. Per l'Indulgenza del Num. VI. del detto Sommario, come per le altre, è necessario pregare secondo l'intenzione del Pontefice; « nam in singulis Indulgentiis acquiritur, » respondit S. C. « præponenda erit Intentio orandi juxta mentem Summi Pontificis. » Ibid. dub. 2.

(11. I Confratelli, impediti dal far la visita alla Chiesa e dal Confessarsi e Comunicarsi non possono lucrare le Indulgenze del Num. VIII. IX. X. XI. col fare un'opera pia ingiunta dal Confessore, perchè solo sotto il Num. X. e XII. si parla della dispensa dalla visita della Chiesa. Ibid. dub. 3.

(12. Trasferendosi la Festa del SS. Cuore a tenore del privilegio, s'intendono trasferite anche le indulgenze della Novena, dei sei Venerdì, e delle sei Domeniche precedenti, secondo il IV, avvertimento del Sommario, e secondo tutto il Sommario stesso. Ibid. dub. 4.

(13. Per lucrare l'Indulgenza dei sei Venerdì e delle sei Domeniche precedenti la detta Festa, è necessario, come nelle sei Domeniche di S. Luigi, ricevere i Sacramenti in tutte le sei, e fin da principio aver in animo di ciò fare; perchè sotto il Num. XII. si pone per condizione necessaria la Confessione e Comunione in ogni Domenica, o Feria sesta. Ibid. dub. 5.

(14. Interrogata la S. Congregazione: Se nelle sei Domeniche di S. Luigi sia necessaria assolutamente la Confessione: dicendosi nel Decreto di esse: « vere pœnitentes et S. Communionem refecti, » e non « vere pœnitentes et confessi, » come in altri Decreti, rispose: « *Negative* et juxta Decreta Clementis XII, ex Secr. S. Congreg. Indulg. die 11. Xbris. 1739. et 7. Januarii 1740. dummodo nullius lethalis culpæ conscii sint, ac proinde in statu gratiæ. » Ibid. dub. 6.

(15. Chiesta ancora se chi cominciò tali Domeniche, essendo appresso impedito in alcuna dal ricevere i Sacramenti e dal fare le altre opere ingiunte, possa lucrare l'Indulgenza facendo alcun'opera pia ingiunta dal Confessore, ovvero debba rimetterle in appresso, parimente rispose: « *Negative*. Exercitium est enim continuum, nec aliis operibus injungendis commutandum. » Ibid. dub. 7.

(16. Trasferendosi la Festa del SS. Cuore e di S. Luigi per farla più solenne in appresso, e nel giorno proprio facendosi pure una piccola Festa con Messa cantata etc. non si può lucrare l'Indulgenza Plenaria nell'uno e nell'altro giorno, essendo stata concessa una sola Indulgenza tanto per la Festa di S. Luigi, quanto per quella del SS. Cuore di Gesù, con potestà, di trasferirla nel giorno in che è trasportata la detta Festa. Ibid. dub. 8.

(17. Essendo consultata la S. Congregazione: Se nelle Feste di Maria SS. ricordate nel Num. X. del Sommario delle Indulgenze siano comprese solamente la *Visitazione* e la *Presentazione*, ovvero anche lo altre *ad Nivem, del Carmine, del Rosario*, etc. e se quelle degli Apostoli siano solo quelle che